



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**VRBIS|| HIEROSOLIMÆ|| QVEMADMODVM EA CHRISTI||  
tempore floruit, & suburbanorum eius breuis.||  
descriptio.||**

**Adrichem, Christiaan van  
Coloniae Agrippinae, 1585**

**VD16 A 298**

Loci Ad Orient. Vrbis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64394](#)

152 LOCI AD ORIENT. VRBIS.

LOCI EXTRA  
VRBEM.

LOCI AD ORIENTEM  
VRBIS.

178.

Aristaas lib.  
de 72. interpretib.



QVA ex templo.  
quæ subterraneis  
educta canalibus,  
hic magno erum-  
pebat stridore, de-  
fluebatque in tor-  
rentem Cedron.

Matt. 21. b.

26. a.

Mar. 11. a. b.

14. a.

Luc. 10. g. 19

e. 24. g.

Ioan. 11. a. c

12. a.

Hieron. tom

1. epist. 27.

ad Eustoch.

& tom 3

epist. 29. ad

179.

BETHANIA, nobile castel-  
lum Mariæ & Marthæ sororum  
Lazari, & ædibus frequēs, quod  
vltrā montem Oliueti situm,  
quindécira à Ierusalem stadijs distat,  
hoc est, duobus miliaribus Italicis. ex  
quo quidem interuallo, licet perexi-  
guo ob interpositum Oliueti mon-  
tem, ciuitas Ierusalem videri non po-  
test, sed consenso quodam monticu-  
lo, vi.

LOCI AD ORIENT. VRBIS.

lo, videtur inde pars montis Sion. Hic Christus in domo Marthæ sepe fuit hospitatus. ubi Mariæ ad pedes suos sedenti prædicauit verbum Dei. Hic Lazarum quatriduo sepultum, iamque fœtentem flens in vitam reuocauit. Hic in domo Simōnis (qui quod anteā fuisset leprosus, & à lepra per Christum mundatus, Simon leprosus, ut ait Hieronymus, vocabatur) mensæ vnā cum Lazaro accumbens, & Martha ministrante, à Maria pretioso perfusus perfusus est vnguen to. Hic, & ascensurus in cælum, vale dixisse eisdem videtur. Actate Hieronymi domus marthæ & Mariæ, & domus Simonis leprosi magna pietate à fidelibus inuisebantur. Atque marmoreum Lazari monumentum, in quo à Saluatore fuit fuscitatus, ob hoc tam celebre miraculum ab Helena Imperatrice insigni ecclesia circudatum est: quod etiā hodie non à Christianis solū, sed & à Saracenis ac Turcis ingeniti deuotione honoratur. Posterioribus temporibus fuit hīca domina Melisende Regina, abbatia erecta. Quæ omnia nunc pænè deserta peregrinis

K 5

153

Ruffi num,  
& in loc. He  
braic lit. B.  
Nicep. 8. hi  
stor. eccl. 30.  
Bro. itin. 6a  
Breid. ibidē  
& 16. Iul.  
Sal. tom. 9.  
ca. 4.

Vul. 15. bel.  
Jac. 26 & 18  
bel. 27 & 21  
bel. 2. vi.  
triac. ca. 58.

adhuc

154 LOCI AD ORIENT. VBRIS.  
ad huc ostenduntur.

180.

Mat. 21. a.

Mar. 11. a.

Luc. 19. e. f.

Ioan. 12. b.

Hierony. in

Mat. ca. 21.

& in loc. He

br. lit. B.

Breid. itin.

6. b.

Sal. tom. 9.

ca: 3.

BETHPHAGE sacerdotum  
viculus ad pedem orientalem  
montis Oliueti situs, vnde Chri-  
stus in oppositum Castellum  
duos pro adducendis asinis misit dis-  
cipulos. Quibus adductis, & Apo-  
stolorum vestibus stratis, hic ab eis  
dem super asinam collocatus est. Ac  
turba plurima vestimenta sua, atque  
palmarum ramos in via sternente, ac  
Osanna illi acclamante, isthinc porro  
Hierosolymam equitauit. Qui cum  
iam ad descensum montis Oliueti ap-  
propinquaret, videns ciuitatem, fle-  
uit super illani, & funditus prædixit  
euertendam, eò quod nō cognouisset  
tempus visitationis suæ.

181.

Mat. 21. a.

Mar. 11. a.

Luc. 19. e.

CASTELLVM contra vos,  
vt ita loqui liceat, vicus erat ē  
regione Bethphage situs. vnde  
iussit Dominus stantes foris  
in biuio asinam ciusque pullum ad se  
adduci.

CIS.

182.

**C**ISTE RNA iuxta Bethaniam,  
vbi ad resuscitandum Lazarum  
veniéti Dño, primò occurrit Martha,  
& postea ab ea vocata Maria.

Sal. 10. 6 ca.

4.

183.

**C**OLLIS Oliueti, qui proximus  
Petræ columbarum, super vallē  
Silœ imminebat.

Iosep. 6 bell.

13:

184.

**F**ICVS arida, secus viam Bethaniæ  
plantata, quæ cùm fructibus care  
ret, solisque folijs ornaretur, à Christo  
maledicta, exaruit.

Mat. 21: b:

Mar. 11. b:

Pasc. d. 228

185.

**F**ONS DRACONIS, inter por-  
tam vallis & portam sterquilinij  
etiamnum scaturiens. quem Neemias,  
ut murum Ierusalem dissipatum, &  
portas igni consumptas consideraret,  
equo insidens præteruectus est.

Neem: 2: c:

Br. itin 6. b:

Sal. 10. 8. ca.

5. &amp; 10m. 9.

cap. 1.

186.

**G**EHENNOM, que & Benhennō  
id est, Vallis filiorū Ennom. Lo-  
cus erat in suburbanis Ierusalē (contra  
orientem, sub monte Offensionis,

Iosue. 15. b.

18. c.

Hiero. in Ie.

re. ca. 7. 19.

&amp; 32.

## 156 LOCI AD ORIENT. VRBIS

Broc. itin. 6.

b

iuxta piscinam fullonis) vt Tempe, amoenissimus, fontibus Siloe, ac fluxu torrentis Cedron irriguus, viridarijs & hortis consitus, totusque nemorosus ac delitijs plenus.

Leuit. 18. c.

20. a.

3. Reg. ii. f.

Act. 7. e.

In hac valle erat tabernaculum & idolum MOLOCH, quod sicut inter omnia idola principatum tenuit, ita Deus illud maximè abominans, eius cultum non raro prohibuit. Erat autem idolum æneum, figura Regis fabrefactum, intus concavum, cuius caput vitulū, pars verò reliqua hominem exprimēs, brachia ad immolados pueros habebat extensa, qui vehementi idoli calore inter hosce nefarios amplexus comburebantur. Cum enim ex igne in idoli concavitate subiecto, id totum factum esset ignitum, tum impiissimi parentes crudelitate incredibili charissima pignora, suos nempes filios & filias detestandis hisce complexibus cremanda tradebant, eaque Diabolica quadam deuotione, in holocaustum fætidissimi odoris demonio Moloch offerebant. Atque ne in horrendis illis tormentis miserabilis puerorum clamor exauditus pareretum

tum viscera posset commouere: tūm etiam vt gratius idōlo fieret holocaustum, sacerdotes Moloch, quamdiu sacrificium durabat, rauco tubarum clangore, ac ingenti tympanorum strepitu, vndique æthera & aëra replebant. Vnde & locus ille nomen sibi TOPHET, Quod tympanum sonat ac quisuit. Hoc sacrilego ritu Achaz quoque & Manasses reges Iuda, cum vulgo desipientes, filios suos dæmonio Moloch consecrauerunt.

Cui tam detestandæ insanię pijssimus rex Iuda Iosias tandem occurrere cupiens, statuam Moloch contriuit, lumen eius succidit, loci amænitatem cadauerum, ossium, aliorumque immundorū spurcitie fœdauit, atque in perpetuū huiusmodi fôrdiū atq; immundiciarū receptaculū destinauit.

In hac valle Dei iussu Ieremias coram Iudeorum senioribus humo vas fictile allidens atque confringens,

Deum sic urbem populumque contritum prædixit. Iuxta cuius etiam Prophetæ vaticium, eò quod repleuissent locum istum innocentium puerorum sanguine, tanta ibidem populi

4. Reg. 16.a

21.a.

2. Par. 28.a.

33.a.

4. Reg. 23.6

Ier. 7. g. 19.

a. 32. f.

Isai. 30 g.

158 LOCI AD ORIENT. VRBIS.

puli cæsa est multitudo, vt non voca-  
retur amplius locus iste, Vallis To-  
phet, sed POLYANDRION, hoc  
est, tumulus multorum mortuorum  
quorum cadavera ibi in sepulta,  
aui bus cæli, & bestijs terræ facta  
sunt esca. Ab his tam execrandis  
pænis, quas in valle Gehennom susti-  
nebant paruuli, Saluator noster ana-  
logiam sumens, Infernum, teste Hie-  
ronymo, appellat GEHENNAM.  
*Hieron. in Ionæ cap. 2.* quæ in media abyssō ac terræ centro,  
vbique à Cælo, quod est vndique &  
vndique sursum, remotissima esse cre-  
ditur. in qua impij summis tormentis  
perpetuò cruciantur. Duplicem au-  
tem esse Gehennam, nimij ignis & fri-  
goris, in Iob plenissimè legimus.

Iob. 24. 6.

Matt. 26. d.  
Mar. 14. d.  
Hierō in loc.  
Hebr. lit. G.

**G**ETHSEMANI. villa ad ra-  
dices montis Oliueti, olearum  
fœcunda. in quam Dominus à  
cæna nouissima mœstus, pauēs,  
& anima ad mortem usque tristis, in  
horto Oliueti Patrem oraturus, venit.

HOR.



## 188.

**H**ORTVS OLIVETI.  
Hortus erat in monte Oliueti  
non longè à Gethsemani rupi  
cuidam concavæ adhærens:  
in quo Christus supplex, semel, iterū,  
& tertio Patrem orauit ut à se calix pas-  
fionis transiret. & cùm factus in ago-  
nia, prolixius orans sanguinem guita-  
tim in terram decurrentem fudaret,  
cælitus ab Angelo confortatus est:  
Vbiq[ue]tate Hieronimi desuper Ecclesia  
erat ædificata: quæ adhuc ostenditur.

## 189.

**H**ORTVS REGIVS, qui  
Hortus conclusus dicitur.  
Hortus erat in suburbanis Ie-  
rusalem, muris vndique se-  
ptus & obscuratus; atque, sicut Para-  
disus, arborum, fruticum, herbarum,  
aromaticum, florum, fructuumque v-  
bertate amoenissimus, mulcendis que ac fo-  
uendis sensibus conueniens, & ad  
secessus voluptuarios idoneus. In  
quo erat inclitus ille fons Rogel,  
& Lapis Zoëleth, quorum fre-  
quens in Scriptura mentio fit. vbi

Matt. 26. d:  
Mar. 14. d:  
Luc. 22. d:  
Ioan 18 a:  
Hier. in loc.  
Hebr. lit G.  
Broc. itin. 6  
b:  
Breiden. 14  
Iul. b.  
Sal. to: 9 c  
2:

Iosue. 15: b:  
18. c:  
2 Reg. 17: d  
3 Reg. 1: b:  
Cant. 4: d:  
4 Reg. 25: a  
Ier. 39 a. 52  
b:  
Ios. 7. At. 15  
Ez. 9. ant. 11.  
Br. itin. 6. b.  
Brei. 15. Iul.  
Sal. to. 8. ca.  
5. Etom: 10  
Ado- cap: 1.

## LOCI AD ORIENT: VRBIS.

Adonias, cùm regnare instituisset, immolauit victimas, & vnà cum suis affeclis conuiuium fecit.

## 190.

*4. Reg. 23.c  
Hiero. in Ie-  
re. 19 & 23.  
& in Matt.*

10.

**L**VCVS MOLOCH, idôlo Moloch consecratus. vbi cu'tores eius, postquam sacrificassent, aut thure litassent, sub arboru opacitate scortabantur.

## 191.

*3. Reg. 11.b.  
4. Reg. 23.c  
Broc. itin. 6  
b.c.  
Sal. tom. 6.  
ca. s.*

**M**ONS OFFENSIONIS mósexcelsum erat ad austrum fontis Rogel & lapidis Zoleth situs. In quo sapientissimus ille Rex Salomon per alienas uxores suas iam senex seductus & infatuatus, Melchom idôlo Ammonitarum Fanum edificauit, & illum etiam coluit. Iuxta quosdam fuit Pantheon omnibusque idôlis consecratum. Quod annis trecentis sexaginta tribus integrum permansit, & tandem à rege Iosia demolitum est.

MONS

## 192.

**M**ONS OLIVETI siue Oliuarum, ab vbertate frequenti-  
um in eo crescentium oliua-  
rum Græcè quoque Elæôn  
dictus, qui alias etiam Mons inclytus,  
& Mons sanctus vocatur; situs est è re-  
gione Ierusalem ad orienté: atq; à ciui-  
tate alta interiacente valle Cedrō, dis-  
cretus, ab ea secundū sacrā Scripturā;  
iter sabbati, iuxta Iosephū verò stadijs  
quinque distat qui etiam addit sum-  
mum montis sex ab vrbe stadijs abes-  
se. tantæ enim altitudinis erat, vt ex  
eo non solùm omnes pænè plateæ Ie-  
rusalem, sed etiam mare mortuum fa-  
cile videri possent. Præter olius au-  
tem, palmis, pinis, myrtis, alijsque fru-  
ctiferis arboribus abundabat.

In huius montis vertice sanctissi-  
mus Rex Dauid, à facie filij sui Absa-  
lom fugiens, flens & nudis pedibus  
Deum adorauit. In eodem quoque  
monte eius filius Salomon omnis pie-  
tatis oblitus, Astaroth idôlo Sidonio-  
rū è regiōe Hierosolymitani tēpli (ex  
quo omnis que ibi peragebatur idolo

L

Iatria

Dan. 11. g.  
Zach. 14. a.  
Act. 1. b.  
Iof. 20. ant.  
2. & 6. bel  
3. 5. 13. &c.

nō plus  
mille  
pascha  
at urbe  
sancta  
dijhac  
Beda  
ecclij  
de locis  
SS. apud  
Baron.  
A-34-N.  
222  
plinius  
1-2-c-23  
stadium  
625 pedu  
iud.

16. LOCI AD ORIENT. VRBIS.

lati prospici poterat) Fanum erexit.  
2. Reg. 15. f. quod ipsum etiam cum cæteris idolo-  
g. Psal. 3: a. rum delubris Iosias destruxit. Hunc  
3. Reg. 11. b. montem Christus orationis & quie-  
tis gratia sæpè frequentauit, ibique  
4. Reg. 23. c. pernoctauit. Atque ex huius sum-  
Liran. ibid. mitate coram astantibus & intuenti-  
Lu. 21. g. 22. bus discipulis, data eis benedictione,  
d. 24. g. in cælum ascendit, facie (vt etiam ex-  
10. 8. 18. a. vltimis pedum eius vestigijs ad tantæ  
Eze. a. rei memoriam petroso monti, instar  
Actor. 1. b. ceræ, impressis, etiamnum euidenter  
P. Mötanus colligitur) ad occidentem, versus Ca-  
in passion. tholicam ex gentibus Romanam spe-  
Domini. ctans Ecclesiam, ad quam ipse eius ca-  
put, tanquam geminos & illustres o-  
culos D Petrum suum in terris vicari-  
um Pastorem ac Apostolorum cori-  
phæum, & D. Paulum gentium do-  
ctorem, missurus erat.

Cum hoc loco à B. Helena Impera-  
toris Constanzi matre rotundo schema-  
te & pulcherrimo opere cōderetur ec-  
clesia, que in sui medio lapidi impres-  
Hiero. to. 3. sa Dominica includeret vestigia, lo-  
in loc. Höbr. cus ille de quo ascendit, nunquam, vt  
Act. Aposto. Paulinus Nolan Episcop⁹ testatur, te-  
lit. M. gi

gi marmore aut paupiri recepit, semper excusis, solo respuente, quæ manus adornandi studio tentauit apponere: & sumnum eius cacumen, ut scribit D. Hieronymus, propter Dñici corporis meatū, nullo modo contegiant concamerati potuit: sed transitus eius à terra ad cælum vsq; patet apertum. Quæ ecclesia multis ibi seculis permāfit; Christi autem vestigia adhuc cernuntur.

Sunt non infimi ordinis viri, qui asserunt Antichristum huius ascensionis Christi sore æmulatorem, eumque (ut mendacia mendaci signo probet) in cælum hoc loco dæmonum ope esse eleuandum: cæterum à Domino Iesu spiritu oris sui occisum iri. Supra hunc montem Christum eodem modo ac forma, qua ascendit, ad iudicandum viuos & mortuos in nubibus venturum esse ex Actis Apostolorum liquet. vbi legitur, quod cum Apostoli defixis in cælum oculis ascendentem Christum intuerentur, duo viri adstiterunt illis, amicti vestibus albis, qui & dixerunt:

L 2

Viri

Paulin. No-  
lan. epist. 11.  
ad Seuerum  
Euseb. in vi  
ta Cōstantini  
lib. 3. ca. 42  
Socrat. 1. hi.  
eccl. 13.  
Sozomen. 2  
hist. eccl. 1.  
Nicep: 8. bi-  
stor. eccl. 50.  
Vitriac. cap.  
58.  
Broc. iti. 6. c  
Bre. 14. Iul.  
b.  
Sal. 10. 9 c. 3  
Pasc. d. 191.  
Hierony. in  
Dan. c. 11. g  
Isai. 11. a.  
Zach. 14. a.  
Liran. ibidē.  
2. Thess. 3. c

Att. 1. b.

164 LOCI AD ORIENT. VRBIS.

Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum cunctem in cælum.

193.

3. Reg. 11. b.  
4. Reg. 2. c.  
Broc. iii. 6.  
a.  
Sal 10. 6. c 5

**M**ONS SCANDALI mons altus erat ultra torrentem Cedron in aquilonari latere montis Oliueti, quatuor stadijs à Ierusalem distans. In quo Salomon vxorum gentilium instinctu Chamos idolo Moabitarum fanum construxit. quod etiam Iosias confregit. Tempore Machabæorum hic castrum ædificatum fuit: cuius indicia adhuc extant.

Ios. 6. bell. 6.

**M**ONUMENTVM FVL-  
LONIS. quod non longe à porta anguli situm erat.

Neem. 8. d.  
Ioan 12. b.

**P**ALMAE. de quibus in Neemia,  
& Ioannis Euangelio legitur.

PETRA

196.

**P**ETRA COLVMBARVM.  
quæ ad meridiem montis Oliueti conspiciebatur, Græcè Peristeréon vocata; faxea, rotunda, sublimis, & concamerata turris erat, extrinsecus dealbata, atque angusto vno ostiolo in summitate patens: in qua domesticè seruabantur columbæ: Huiusmodi turris fæpè vel quinque columbarum millia continebat:

Iof. 6. bel 13

197.

**P**ONS CEDRON lapideus, uno arcu supra torrentem Cedron eretus: quem Helena Imperatrix eo in loco construi fecit, ubi in hunc usum antea lignum illud, ex quo pila Dominicæ Crucis facta est, iacuisse dicitur:

Breiden. 14

Iul. b.

Sal. tom. 8.

cap. 6. &amp; to.

9. cap. 1.

Pasc. d. 184.

&amp; 191.

198.

**S**EPVLCRVM B: MARIAE virginis, quod in valle Iaphat iuxta villam Gethsemani ad pedem montis Oliueti olim extra terram eminebat: in quo intemeratū

Ioan. Damascenus de dormitione Dei para.

L 3

glo-

## 166 LOCI AD ORIENT. VRBIS

Niceph. li. 2  
bist. ecclesi.  
22. & 23.

gloriosissimæ virginis corpus honestè ab Apostolis sepultum est. Quod post tertium à sepultura diem vacuum inuentum, & suauissimo odore fragrás, argumento pijs omnibus fuit, ipsam simul cum corpore ab Angelis in celum esse assumptam, & super Angelorum choros exaltatam.

Nicep. bist.  
eccl: 8:c 30.  
Broc. iti. 6.b  
Bre. 14. Iul:  
b.  
Sal. to. 9.c. 1  
Pasc. d. 18<sup>4</sup>  
& 197.

Hoc loco in honorem Deiparæ virginis à pia Imperatrice Helena grandis, testudinata, atque mirifica (in quā nunc quadraginta octo gradibus descenditur) extructa est ecclesia. in cuius medio sanctissimum hoc sepulcrum, quod albo marmore vestierat, est inclusum: idque adhuc nedum Christiani peregrini, verū & Saraceni atque Turcæ summè venerantur.

Eodem pene loco etiam S. Annam, virumque eius Ioachim, beatissimæ Dei genitricis parentes; nec non Iosephum eiusdem immaculatæ Virginis sponsum, Christi vero nutritum, sepultos esse veterum habet traditio.

SE

199.

SEPVLCR A VVLCI. quæ <sup>4 Reg. 23:6</sup>  
Serant in valle Iosaphat: ubi ignobi-<sup>Ierem. 26:8</sup>  
les sepe liebantur.

200.

S IL O E fons, cui Piscina siue Na-<sup>Isai. 8 b 22 c</sup>  
tatoria Silóe, quæ & Piscina infe-  
rior nuncupatnr, coniuncta est,  
in occidentali latere vallis Iosa-<sup>Neem. 3. d.</sup>  
phat, è radice montis Sion scaturit. <sup>Ios. 6. bell. 6</sup>  
Aqua eius clara, dulcis, & uberrima, <sup>Vitriac. cap.</sup>  
cum silentio placideque fluit in tor-<sup>84.</sup>  
rentem Cedron.

Hunc fontem inclytus Rex Ezechias  
restaurauit. Atque in eius piscina <sup>Ioan. 9: a:</sup>  
cæcus ille à nativitate oculos suos <sup>Broc. iii. 6 b</sup>  
Christi sputo & luto inunctos lauans <sup>Breiden. 14.</sup>  
visum recepit. Testatur Iosephus <sup>Iul. c.</sup>

Silóe & alios omnes quotquot erant <sup>Pasc. d. 197.</sup>  
extra ciuitatem fontes, ante Titi Cæ- <sup>Ios. 6. bel. 11.</sup>  
sar is aduentum adeò defecisse, vt iux-  
ta eos aqua venderetur. post accessum  
autem eius tanta ubertate hostibus  
fluxisse, vt non modò ipsis & iumen-  
tis corum, sed etiam hortis sufficeret.

*Sal. tom. 10.  
cap. 1.*

*Nicep. 8. hi-  
stor. eccl. 30*

*Act. 7. g.  
Breui. Rom.  
Breiden. 14.  
Iul. o.  
Pasc. d. 184.*

De cuius aquæ virtute diligentissimus loci huius perscrutator Saligniacus ita ferè scribit: Fontis huius aquæ hodie adhuc ipsis etiam Saracenis in pretio est. Nam cùm corpore naturaliter instar hyrcorum fœteant, in hoc fonte se & pueros suos lauant, ea quæ lotione fœtorem suum mitigant Quin & eam Turcæ magni faciunt, quod eius usum oculorum visui conterre experiantur: habet Nicephorus Helenam Imperatricem ad fontem hunc mirifica construxisse opera.

## 20l.

**S**TEPHANVS. Hoc loco S. Stephanus diaconus, (cui Diuino amore flagranti lapides rorantis dulces fuerunt) in ipso iuuentutis flore, iactis in se lapidibus tamquam gemmis coronatus, proprioque sanguine purpuratus, pro lapidantibus (quorum vestes adolescens Paulus custodiebat orans, primus cum martyri palma triumphator in cælum migrauit.

Tor.

202.

TORRENS CEDRON. Hieron. in  
riuus est ad orientem Ierusalē, loc. Hebr. li.  
inter ipsam & montem Oliueti C.

qui pluuialibus aquis vndique 3.Reg.3. f.  
de montibus, nec non ex fontibus ac Ierem.31.g.  
prsc̄inis auctus, dulci quodam strepi- Iosep.8.an.1  
tu per medium vallem Iosaphat atq; & 6.bel.13.  
Gehennom, perque plana deserti in & cæt.  
mare mortuum fluens absorbetur. Ezech. 47,  
In cuius vtraque ripa multæ, densæ, b.c.  
ac fructiferæ crecebant arbores: qua- Bro.iti.6.b.  
rum amœna facies, vnà cum vicinis Sal.to.9.c.1  
hortis, quæ limpidissimis aquis Ce-  
dron irrigabantur, obambulantum  
oculos animumque amœnabat.  
Hunc torrentem Rex Dauid totus la-  
crys madidus, vnà cum amicorum  
intimis à facie filij sui Absalom fugi-  
ens, operto capite & nudis pedibus  
transiuit: Eundem & Christus cum  
suis discipulis vadens in hortum Oli-  
ueti, transiuit:

z.Reg.15.6.  
f.

Ioan.18.a.

Nicep. hist.  
eccl. lib. 17.  
cap. 5.

In vicis Pa-  
trum.

203.

TVGVRIVM S: PELAGIAE.

Hic S. Pelagia famosa illa pecca-

L 5

trix,

## 170 LOCI AD ORIENT. VRRBIS.

Breiden. 14. trix, & formosa meretrix, que cunctas  
 Iul. c. Antiochiae feminas forma, diuitijs, de-  
 Sa. 10. 9. C. 3 litij & luxuria superauerat, in tugu-  
 Pas. d. 19. 1. riolo sexum veste nomineque occul-  
                   tans, dicta atque credita Pelagius mo-  
                   nachus, penitentiam egit ac de pelago  
                   vitiorum facta pelagus virtutum, ibi-  
                   dem mortua & sepulta est, ubi postea  
                   extructa fuit ecclesia.

## 204.

Ios. 6. bel. 3  
 6. & cater.  
 Hier. in loc.  
 Hebr. lit. C  
 Zach. 14. a.  
 Liran. ibidē.  
 Bro. iti. 6. b.  
 Sel. 10. 8. ca.  
 8. & 10. 9. c.  
 s.  
 3. Reg. 15. c.  
 4. Reg. 23.  
 a. b. c.  
 2. Par. 15. d.  
 2. 9. c. 30. c.

**V**ALLIS IQSAPHAT,  
 quæ & Vallis Cedron, & Vallis  
 montium vocatur; vallis est la-  
 ta & profunda inter Ierusalem  
 & montem Oliveti interiecta, totam  
 ab oriente cingens urbem: quam tor-  
 rents Cedron transiens suis aquis egrs-  
 giè fœcundat. Cuius quidem ex cel-  
 lens profunditas, licet à Romanis Im-  
 peratoribus Tito & Adriano, iniecta  
 terra ac templi urbisque ruinis mul-  
 tū sit impleta, non tamē prossus est  
 oppleta. In hac valle pijs ac religiosi  
 reges Iuda Asa, Ezechias, & Iosias tem-  
 pli combusserunt idola, corumque ci-  
 neres

LOCI AD ORIENT. VRBIS. 97

nères in torrentem Cedron prōiecerunt. Hæc vallis communis totius ciuitatis Cemiterium erat, ubi vulgo & ignobiles omnes sepeliebantur. extra urbem enim Iudeis sepeliri mos erat. ibique nunc Turcae sepeliuntur. In hac quoque valle die illa cunctis mortalibus tremenda omnes vndiq; homines ad extremum & generale iudicium sunt congregandi, ut à Christo iudice recipiat debita pro meritis præmia quisque suis. Vnde & Vallis concilioris appellatur, quod ibi mali à bonis separabuntur: & hi quidem asperguntur in celum æterna beatitudine fruituri; illi autem detrudentur in infernum, perpetuis supplicijs cruciandi. Tempore cum Christiani Palestina poterentur, erat hic abatia quædam, in qua Domina Melisendis Regina Hierusalem sepulta est.

Joel. 3. a. c.  
Liran. ibidē.  
Sal. 10. 9. c 2

Zach. 14. a.  
Liran. ibidē.  
Mat. 25. c. d

Vul. 12. bel.  
Sac. 13. & li.  
18. c. 32.  
Vitriac. cap.  
58.

205.

VALLIS SILOE, à fonte Siloe nomen habens: in qua Iudei, qui hoc tempore Hierosolymis habitant, sepeliuntur.

Via

105. 6 bel. 13.  
& 7. bel. 16.  
& cat.  
Sal. 10. 8. c. 2

## 207.

4. Reg. 18. d  
Isai. 7. a. 56.  
a.

Io. Pascha. S  
Theol. Doc.  
tor in peregr.  
l. die 190.  
193 194 197  
200. & 207.

Isai. 53. c:  
Ierem. 11. d.

**V**IA A GRI FULLONIS,  
sita ad extremum aqueductus  
piscinæ superioris. Hic Isa-  
ias Regi Achaz Christum ex  
virgine nasciturum prædixit.

## 206.

**V**IA CAPTIVITATIS. Hæ  
notulæ successiue protractæ vi-  
am demonstrant, quæ Christus  
redimendi generis humani cau-  
sa captiuus per totam pænè ciuitatem  
ostentationis ergo deductus fuit. Pri-  
mò enim cum à Cenaculo Sion in hor-  
tum montis Oliueti oratum progres-  
sus, sanctum orationis sacrificium  
Deo Patri obtulisset, inde reuertens  
appropinquantibus. ad capiendum  
eum hostibus vltro se obuiam dedit.  
qui necdum quadragesimum ab ora-  
tionis loco gressum absolueraut, cum  
missi à Principibus sacerdotum & se-  
nioribus populi, in eum manus iniece-  
runt, eum cæperunt, durissimisque  
vinculis constrinxerunt. Vnde illicò à  
lupis illis rapacibus tanquam mitissi-  
mus

mus agnus cum magno clamore & vario armorum strepitu trans torrentem Cedron (in quem aliqui ipsum præcipitatum esse opinantur, sic intelligentes quod à Psalmista scriptum est, de torrente in via bibet) ad domū Annæ deductus est: quæ a loco in qua capta est, bis mille trecentis sexaginta gressibus distabat. Atq; hinc per trecētos triginta gressus ad Palatiū Caiphæ abdūctus. inde ulterius, quod mille gressibus aberat ad Palatium Pilati. Isthinc porrò via trecētorum quinquaginta gressuum ad Palatiū Herodis. Illinc denique per sexcētarum vñnarum interuallum, alia via quam venerat, ad Palatium Pilati reductus est: Gressus autem de quo hic loquimur, duos pedes & semissem continet:

## 208.

VIA in Anathot, Bethel, & desertū de qua Brocardus itin: 6:b:

## 209.

VIA in Iericho, & Engaddi, cuius mentio fit Lucæ 10:e: & Marci 11:a: Vulhel: 17:bell:sacr: 20.

Hic

Psal. 109.b.

D. Béthleë  
presbyt. in  
descrip. loco  
rum paſſion.  
Domini.

174 LOCI AD ORIENTA VRBIS.

210.

Mar. 14: d.  
Luc: 22: d:  
Breide: 14:  
Iul: b:  
Sal. 10. 9. c 2  
Pasc. d. 185.  
Beth. fer: 2.

**H**ic, Christo orante, sederunt  
tres electi Apostoli, Petrus, Ia-  
cobus & Ioannes, ab horto O-  
liueti ad iactum Iapidis, à se-  
pulcro vero B. Mariae quinquaginta  
gressibus separati.

211.

Matt. 26. d.  
Beth. fer: 2.

**H**ic octo reliqui Apostoli manse-  
runt, triginta quatuor vlnis à præ-  
dictis tribus disiuncti.

212.

Mat. 26. e.  
Mar. 14: e.  
Luc: 22. e:  
Ioan. 18. a.  
Sal. 10. 9. c 2

**H**ic Christus, ut nos libertate do-  
naret, à Iuda proditore osculo  
traditus, à Iudæis, quos verbo  
retrorsum in terram strauerat  
captus; & facinorosorum in morem  
arctissimis vinculis ligatus est. Ibidem  
Simon Petrus subito calore percitus,  
percussit seruum Pontificis, cui nomé  
erat Malchus, & abscidit auriculam  
cuius dexteram: quam Christus mox re-  
stituit



LOCI A.D. ORIENT. VRBIS.

175

stituit. Cæteri verò Apostoli sibi quoque timentes, deserto Domino, hic sum gam arripuerunt.

213.

Nhoc montis Oliviarum loco ex Matt. 23. a.  
aduerso templi iuxta cisternam & 25.  
quandam sedens Christus, longo Mar. 13. a.  
sermone destructionem Ierusalē, Luc. 21. b.  
futuras piorum afflictiones, pseudo Sa. 10. 9. 6. 3.  
prophetarum aduentum, consum- Pasc. 191.  
mandi Mundi signa, extremi deniq;  
iudicij modum discipulis suis predix  
it, ac clarissime enarravit. quo in loco  
pulchrum ædificium fuit templum,  
quod nunc desolatum est.

214.

Hec Christus aīnæ pullo insi-  
dens, magna hominum comi-  
tatus catena Hierosolymam Matt. 21. a.  
perrexit, alijs præcedentibus,  
alijs eū sequētibus, cui insuper ingens Mar. 11. a.  
hominum turba ex vrbe obtuam pro- Luc. 19. e.  
fusa, tanto eum omnes cum fauore Ioan. 12. b.  
exceperunt, vt multi vestibus suis Vul: Tyr. 11  
viam consternerent, plures ramis bell: sacr. 31.  
& fron- & li: 12: 64.

& frondibus ex palmis, oliuis, alijsque arboribus resectis, viam honoris gratia sternerent. Vnde gratulantium atque acclamantium voces huiusmodi resonabant: *O sanna in excelsis, Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Tali pompa ac triumpho verus ille Rex ac humilis triumphator per portam auream (quæ cùm rarissimè aperiatur, vltro, vt tradunt, aperta est ei) regiam ingressus urbem, circum templum & magnam ciuitatis partem vitur obequitasse. *Quo nouo spectaculo commota est vniuersa ciuitas, dicens; Quis est hic?* turbæ vero quæ illum comitabantur r̄spondebant: *Hic est Iesus ille Propheta à Nazareth Galilee.* Iam tum gaudientium & ad gratulantium clamor magis ac magis inualescebat, concurrebant vnde gratiantibus sexus senes ac iuuenes, omniumque, etiam puerorum, & quod mirabile, infantium quoque atque latetentium una vox erat; *O sanna filio David, benedictus qui venit Rex in nomine Domini, Rex Israel; benedictum quod venit regnum patris nostri David, pax in celo, & gloria in excelsis, O sanna in altissimis.*

Qua

Qua læta faustaque acclamatione verum suum Messiam inaugurantes, eū usque in templum comitati ac prosequuti sunt. Vbi nouus ille Rex mox regnum suum fæliciter incipiēs, cæcos ac claudos sanauit. Discruntur interim & indignantur impij atque inuidi Pharisei, principes sacerdotum, & scribæ, qui videntes mirabilia quæ faciebat, & pueros in templo clamantes *O sanna filio dauid*, dixerunt inter se: *Videtis quod nihil proficimus, Ecce Mundus totus post eam abiit.*

Quamobrem ipsum Iesum adorti, Magister, inquiunt, *audis quid isti dicunt? increpa discipulos tuos.* Quibus ipse hoc olim per Psalmographum prophetatum indicans, respondit: *Quid mihi? Numquam legisti? Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Dico vobis; quæd si hic acuerint, mox lapides clamabunt.* Adeò enim Deus nollebat hanc laudem suam sileri, ut si homines conticuissent, ipsi lapides clamaturi fuissent.

Psal. 8. a.